

M. N. II, 135.

(X 188 0695)

h. 34, 9.

A S S E R T I O N E S

I N A U G U R A L E S,

*Exhibentes*

J U D I C I I C A -  
M E R A L I S cum A U -

L I C O C O L L A T I O -  
N E M,

*Q V A S*

D I V I N A A N N U E N T E G R A T I A

Ex Decreto

*Magnifici ac Nobilissimi in Incluta LUDOVICIANâ*

*7ctorum Ordinis,*

P R O L I C E N T I A

Summos in Utroque Jure honores ac privilegia

Doctoralia rite indisplicendi,

*Publica ac solenni Excellentissimorum Dnn.*

*Professorum discussioni exponit*

J O H A N N E S S A M U E L B R U N N E R,

H A L â - S A X O.

Ad diem Novembr. Ann. M. DC. LXXIX.

G I E S S Æ H A S S O R U M,

T Y P I S e x s c r i p s i t e x C h a l c o g r a p h é o A c a d. K a r g e r i a n o J o h. E b e r h. P e t t i.

II k  
3480





ASSERTIONES  
IN ANGLIA

Exhibent

JUDICII CA-  
MERALLS cum AU-

LICO COLLATIO-  
NEM.

Q. N. 2  
DIVINA ANNUNTIANTE GRATIA



emin  
cum  
ter I  
abili  
o ha  
ania  
ord  
rrim  
ni A  
mar  
den  
uris





## PRÆLOQUIUM.



Jeromonarchiam plures in rejudiciariâ Imperii Germanici turbas dedisse, postquam non tantum alteram supremæ potestatis partem Pontifex sibi vindicare, sed & in temporalibus omnem humanam creaturam suæ subjectioni asserere non dubitabat, neminem facile præterire potest. Cui incommodo alium accessit, diffidationum promiscua licentia, quæ inter Imperii Principes ita invaluerat, ut in mores plabiisse, atque insanabilis prorsus videretur. Atque hæc in causâ fuisse existimantur, cur Judicia Germaniæ per retrò aliquot secula non potuerint esse loco ordine stabili. Sed postquam feralia ista mala salutarissimæ Constitutiones pessundederunt, atque Romani Antistitis quidem ausibus Transactio Passaviensis manuarii verò juris furori Pacis Profanæ emplastrum idem remedium invenit, salva est Imperii Germanici jurisdictio, (nisi quod à Statibus superiori seculo etiâ



variè impugnata fuit) hodie in duobus summis Tribunalibus, quorum quidem res judicatæ Appellationi nō sunt obnoxia, Curia nimirum Imperiali Aulicā & Augustissimā Camerā Spirensi exercita. Utcunque enim Historia Actorum Pacis Westphalicæ referat, tum temporis in Diætā istā Status nonnullos non sine multis querelis bina adhuc dictis judiciis (quippe quæ innumeræ istæ ac æternæ jurgiorum multitudini vix sufficerent) jungi consuluisse, quorum alterum quidem in Saxonix Inferioris & Superioris tractu, in regione Franconicā & Suevicā alterum statueretur, ita ut circuli utriusque Rhenani ac Burgundici litigia Judicio Spirensi, Austriaci verò ac Bavarici Aulæ relinquerentur Imperiali, omni penitus inter dicta Dicasteria seclusâ præventionē, causarum avocatione, alivove jurisdictionis cujusve judicii sufflaminatorio impedimento; Restamen successu penitus caruit, dum propositio isthæc Cæsari juxta ac reliquis Statibus durior, quàm quæ attendi debeat, visa est. De Illustribus a. hisce Germanix Tribunalibus tractare, sicuti res est non plebeja, sed quæ ad eos, qui & experiētiā rerum edocti, & legum imperii notitiā non leviter tincti sunt, pertinere ex merito putatur; Ita primū à tenuitatis meæ conscientia

agere



ægre impetrare potui , ut rei tam sublimi  
humiles meas intenderem cogitationes.  
Fregitn. pudorem inutilius inclinans con-  
sideratio. Cùm enim crederem, non posse  
me, cui ad praxin Camerae brevi adspiran-  
dum esset, felicius istius rei primordium ca-  
pere, quam si ex hoc argumento inaugura-  
les meas concinnarem positiones, simul a-  
nimo persuasus eram, à nemine me id pro-  
pterea in jus rapiendū, quod ea prægustarē,  
quæ aliquando in familiaritatem interio-  
rem admittenda erant. Accedit, quod non  
animus erat uberius me hîc exhibere ; Sed  
delibare tantum paucissima, quæq; secun-  
dum modum causarum rem tractantis ma-  
nus quasi effugere non poterant, ex iis, qui  
res hæce propius introspexerāt, mens erat.  
Neque n. omnes supremorum horum Tri-  
bunalium differentias compilare meæ erat  
operæ, multum temporis hisce, quibus præ-  
sens adesse præoptabam, insumere vetante  
festinatione. Quare confido, futurum, ut  
qualemcunq; hunc conatum veniâ æqua-



nimus Lector profecuturus sit. Quod si aliquando ad illud felicitatis culmen assurgere mihi contingeret, ut de solidâ quâdam rerum cameralium aulæque imperialis notitiâ mihi gratulari possem, fidem do, me quicquid hic admissum, meliorum successu emaculaturum.



ASSER-



# ASSERTIO I.

**J**udicium Camerale varias sortitur appellationes; modò enim appellari videas die Kaysertliche Justiz / *Conc. Ord. Cam. p. 1. t. 10. §. 1.* modò die höchste Justiz im heiligen Reich. *d. Conc. O. C. P. 1. t. 5. §. 17.* das oberste und letzte Gericht. \* *O. C. P. 1. t. 3. pr.* alibi, der Kaysertl. Majestat und des Heil. Reichs höchste Jurisdiction und Gerichts-Zwang. *in mem. visit. anno 1550. §. und nachdem. Casarea Majestas illud vocat Ihr höchstes Gericht. R. I. noviss. §. als auch bey den allgemeinen Friedens-Tractaten. 171. Ihr und des Heil. Reichs Cammer-Gericht \*\* d. R. I. §. Damit dann auch. quin & Königlich Cammer-Gericht \*\*\* non vice simplici nuncupari deprehendimus. O. C. 1495. & 1507. in rubr. O. C. 1500. art. 1. 4. & 8. Sic etiam Curia Aulica non tantum Kaysertl. Reichs-Hoff-Rath \*\*\*\* R. H. D. pr. & t. 1. ac passim, sed etiam Kaysertliches Gericht nominatur. d. l. t. 2. pr. add. Instr. Pac. art. 5. §. 54. imò Thro Majestat höchstes Gericht und Tribunal. d. R. H. D. t. 5. §. pen. Simpliciter Aulæ Casareæ nomine etiam quandoque venit. vid. Capit. Leopold. art. 18. ibi: entweder ad aulam Casaream, oder ans Kaysertl. Cammer-Gericht.*

\* Quare Summum? cùm tamen Judicium Aulicum ei sit æquale, vel, si *Autori Comitolog. Ratisbonensis* credimus dignitate superius. Expedire id aggressus *Paurmeister. de Jurisd. Rom. Imp. P. 2. c. 6. n. 218. & 219. & Stamler. de reservation. §. 36. n. 12.* alii aliter. ceu plures sententias cumulavit Doctissimus Dn. *Deckher Advoc. Cam. Imper. in illustribus not. ad O. C. t. 3. pr.*

\*\* Unde ei nomen Cammer-Gericht; de eo alii solliciti sunt. vid.



vid. *Blum. Proc. Cam. Tit. 3. n. 1. junct. Hyppol. à Lapid. de rat. stat. l. 1. c. 10. sect. 1. & Limn. lib. 9. §. 7. P. c. 4. n. 26.*

\*\*\* Idque eò existimat *Blumius*, quod Maximilianus I. mus Judicium hoc instituens nondum erat creatus Imperator Romanus. Verùm id credi contra fidem historicam testimonio Petavii, aliorumve firmat modò laud. *Dn. Decker in Commentar. de rebus Camer. c. 4. p. 31.* Et sanè si Maximilianus I. anno Christi 1493. jamdum ad Majestatem Imperii erectus erat, eum biennio ante Institutam Cameram axioma Imperatorium habuisse necessum est. ceu tradit Vir laude nostrâ superior Magnif. *Dn. Pro Cancellarius Strauchius in diff. exot. 1. §. 1. & 3. jung. Königl. Land- Fried. zu Wormbs. pref. ibi:* Als wir hievor zu der Höhe und Last des Röm. R. erwählet / und nun zu Regierung desselben kommen sind. *Schütz vol. 1. D. 2. th. 18. lit. D.* Sic in Recessibus Imperii quosdam Imperatores, (inter quos & Noster,) se Reges Romanorum, & Cesaream suam Majestatem Regiam Majestatem appellare, ex *Bocero* de regal. refert *Arumans disc. jur. publ. 15. th. 1.*

\*\*\*\* Reichs-Hoff-Rath autem dici non efficienter, ac si ab Imperio potestatem suam haberet, sed objectivè; cum causarum ad hoc tribunal pertinentium fata Imperii Status plerumque attingant. docet Eminentiss. *Dn. Assessor Eric. Mauritius*, Patronus infinito nomine observandus in *diff. publ. de Judic. Aulic. §. 6. jung. infr. th. 4. fin.*

## II.

*Judicium Camerale* definitio Judicium, in quo Causæ controversæ nominatim à Cæsare sibi non reservatæ, tum Immediatorum in primâ Instantiâ, tum Mediatorum in secundâ, exclusâ appellatione ventilantur ac deciduntur; \* *Judicium Aulicum*, quo jus dicitur litigantibus in aulâ Cæsareâ in causis etiam ad Cameram non pertinentibus. Ex quibus abunde liquidum est, ea formaliter non differ.



differre, sed objecto tantum aliisve causis, modò inspiciendis.

\* Discernenda autem Cancellaria utriusque Judicii ab ipso judicio, quippe ubi nihil deciditur, sed processus tantum expediuntur. vid. *Roding. π. Cam. L. 6. t. 6. p. 1057. Eminentiss. Dn. Andler Jurispr. publ. & priv. L. 2. t. 1. n. 52. seqq.* Quoad Judicium Aulicum denuò differt die *Reichs-Canglen* von der *Reichs-Hoff-Canglen*. Sic Diplomata majorum dignitatum expedienda esse in der *Reichs-Canglen* sub nullitatis vitio dicitur *Capit. Leopold art. 44.* Sicut autem Cancellaria Cameralis ab Electore Moguntino dependet. *Conc. O. C. P. 1. t. 39. pr. & 38. pr.* Ita & Directio Cancellariæ Judicii Aulici æquè ad eum tanquam Imperii Archi-Cancellarium pertinet. vid. *art. 40. d. Capit.* ubi Cæsarea Majestas promittit. Si ewolledem Churfürsten von Mannh / in der ihm allein disfalls zustehender disposition, unter was Vorwand es sey, seinen Eingriff thum. *Jung. R. H. D. Mathia ac Limn. in add. Prior. ad Jus publ. L. 9. p. 446. & 452.*

### III.

*Cameralis Judicii* Instituti gloria Maximil. I. tribuitur, qui cum Imperii Statibus de constituendo hoc judicio deliberationem \* anno 1495. in comitiis Wormatiensibus suscepit, ac postea eodem anno \*\* effectui dedit, ut esset commune Civium Imperii perfugium, eorum, qui aliàs magnis sumtibus Imperatoris curiam sequi tenebantur, solatium, atque Pacis publicæ fulcrum & subsidium. *O. C. 1495. pref. & 1521. pref. R. I. 1566. §. Und nachdem der gemeine Friede.* \*\*\* Antiquius longè est *Judicium Aulicum*, si prima ejus incunabula spectes. Nec dubitat Eminentiss. D. Ass. *Mauritius*, in supr. laudat. disput. primordium ejus à Prætorio illo & sacro Principis Consistorio,

B

rio,



rio, cujus aliquoties in LL. Justinianeis mentio injicitur, petere. Quod si tamen modernam ejus faciem intueri lubeat toto coelo ab anteced. judiciis diversam, fortassis ad Ferd. I. tempora rectè refertur, nec enim ante d. Imperatorem in eâ, quâ se nunc exhibet, formâ extitit. quod nec ipse modò laudatus Assessor diffitetur. vid. Hypp. à lap. P. 2. c. 7. §. 5. *S. Primus Ferdin. Imperator*. quo pacto Ferdinandum dici posset cum *Textore Disp. 1. ad Rec. Imp. noviss. th. 26.*

\* Sive persuasus, se negotiorum varietate locisve distractum causas litigantium audire non posse, sive potius Appellationum ad Judicium Aulicum devolutarum multitudine inductus, hoc laboribus quodammodo sublevare, ac causarum decisiones, quibus unum non sufficeret judicium, maturare voluerit. *Böcler. L. 13. c. 2.*

\*\* In Die instituti Judicii non adeò conveniunt, aliis 7. Augusti, aliis ultimum Octobris assignantibus. Posterius tamen verius ac communius. add. *Limn. tom. 1. add. ad L. 9. c. 2. §. 4.*

\*\*\* Licet autem, postquam Francofurti primum in quandam judicii formam redactum erat. *Gail. 2. de pac. publ. c. 1. n. 28.* multoties iterum varias ob causas expiraverit, post annum tamen 1555. constantius apparuit, nec, ut ante tam crebra ejus cessatio. ceu de his latè *Blum. Tit. 4. n. 4. seqq. §. n. 12. 13.*

\*\*\*\* Quod firmat *Ord. Ferd. III. in prafat. ibi: Unserer löblichen Vorfahren im Reich/ıc. Ihren Reichs-Hoff-Rath von undencklichen Jahren hero erhalten/ıc.*

#### IV.

De Jurisdictione *Camera* Intricator est disquisitio, cuinam illa imputanda? Scinduntur quippe hîc Doctores Jur. Publ. in diversas opiniones. Sunt, qui soli Imperatori



tori illam acceptam esse ferendam existimant, status omnimodò excludentes, inter quos *Schüz. vol. 2. disp. 2. th. 6. lit. D. & fufius Paurmeister. de Iurisdict. l. 2. c. 6. n. 18. & seqq.* qui tamen antehac contrariam tuitus erat; longè autem fufiffimè *Stamler. de Referv. Imperat. §. 34. n. 5. seqq. & §. 35. per tot.* Sunt econtra, qui Status unà admittunt, quorū inclināt *Limnaus* & plurimi, qui eum fequuntur. Eamque ſententiam latius propugnāvit *Autor Informat. Donavv.* & qui ſua exinde derivāſſe videtur *Hyppol. à lap. de Rat. Stat.*  
 \* Mediam ſententiam, quæ *Bæclero* erudita dicitur, amplectitur *Lampadius P. 3. c. 16. n. 8. ſeqq.* ubi ſubjectum ac modum iurisdictionis exercendæ ab ipſâ iurisdictione ſubtiliter ſegregat. Nos, quamvis non temere hîc deferendum, modò laud. *Lampadium* credimus, locutiones tamen publicas, (cum quibus nobis hâc in re ſentiendum, vid. eleganter *Bæcler. in not. Imp. l. 22. c. 2. §. in viſitum ſane.*) illos diſtinctionis ſubtilioris apices vix attendere perſuaſi ſumus. vid. not. \*. De *Iudicio Aulico* quamvis ſecus dicendum, cum ejus Conſtitutio ſoli Imperatori adſcribenda ſit. arg. *R. H. D. t. 1. pr.* Poſteaquam tamen Ordines Imperii ad Reformationem Ordin. Conf. Aul. admitti volunt, \*\* Imò poſt multas Statuum querelas Inſtrum. pac. proviſum de eligendis Aſſeſſoribus Auguſtanæ Confeſſioni addiſtis, Imperatores etiā iisdem ſolicitantibus permiſerunt, \*\*\* ut iudicium hoc vi *Inſtr. Pac. art. 5. §. 56. viſitatio.* ab Electore Moguntino viſitetur, &c. fortean à iurisdictione, aut ſi mavis, modo ejusd. expediendæ Status hodie excluſos eſſe, ægre quis crediderit.

\* Pro his qui ab Imperatoris partibus ſtant, facit, cum quod Camera dicatur *das Kâyſerliche Cammer. Gericht. Conc. O. C. P. I. pr. it. Kâyſerl. Juſtiſ. d. l. 2. 10. §. 1. & Imperator* illud



illud vocat Sein höchstes Gericht. R.A. 1654. §. Als auch bey den allgemeinen. Sed hoc leve putatur. tum quod nupiam neque in *Ord. Cam.* tanquam propriâ sede, neq; alibi dicantur Status unâ cum Cæsare Jurisdictionem concessisse, nec potuisse, cum ante institutam Cameram ea solius Cæsaris non Statuum fuerit. Adde quod Decreta Cameralia cœteraque sub sigillo & nomine Imperatoris expendantur omnia. vid. *O.C.P. 3. t. 12. §. und solche.* Qui Status cum Cæsare jungunt, pro illis fortiter pugnat. *R. 7. 1654. §. Damit dann auch. ibi.* Unser und des H. Reichs Cammer. Gericht. *Memorial Visit. an. 1556. §. und nachdem. ibi.* Der Kaysers Majestat und des Heil. Röm. Reichs höchste Jurisdiction und Gerichts. Zwang. & quæ leguntur ap. *Lundorp. rom. 2. act. publ. l. 1. tr. 4. p. 49.* Daß Cammer. Richter und Besizer ihre Jurisdiction von Kays. Majestat auch Churf. Fürsten und allgemeinen Ständen des Reichs haben.

\*\* Vid. *art. 42. Capit. Leopold.* & ad eand. *Monita Statuum communia. ibi:* auff gehaltenen Rath mit Churf. Fürsten und Ständen / und nach deroelben Gutbefindung und Einwilligung.

\*\*\* Capitul. Augusti. Leopoldi *art. 42. & ante eam Ferd. IV. art. 43.* Sed rem effectus hactenus destituit, licet id à Statibus tentatum. uti ex *Slütero* ad Hyppol. à lap. *P. 2. c. 7. sect. 5.* refert Vir publici Juris Consultissimus Dn. *Lüncker* Præceptor quondam in almâ Salanâ ac Patronus summe colendus. in *disp. de Commiss. Imperial. ad negot. Stat. th. fin.*

## V.

Sequitur non minus eruditorum studiis agitata quaestio? An Camera ordinariam an delegatam habeat Jurisdictionem? pro priori pugnant Juris Cameralis Commentatores ad unum fere omnes, cò potissimum, quod à lege Imperii publicâ \* Ordinatione Camerali videlicet, dicto



dicto Iudicio delata sit. Ita *Gail. l. 1. O. 33. n. 1. Klock. Relat. Cam. 108. n. 28.* & latè *Blum. tit. 25. §. 7. & plur. seqq. Jung. Scipio Gentil. L. 2. c. 9. de iurisd.* Quamvis multas hic tricas necitat dissentiens *Hyppolitus à Lap.* quas tamen eleganter expedit *Magnif. noster Strauchius, diff. exot. 13. §. 5.* Sed quid de Jurisdictione *Iudicii aulici*? Sane cum nec à lege eam habere dici posse, (neque enim solus Imperator ex cluso consensu Statuum legem ferre potest. *Capit. Leopold. art. 2. R. I. 1500. §. 1. Und wir Churfürsten.*) mortuo etiam Imperatore expirare (tecus atque Camera Imperialis, de quâ infra) existimet *Gerhardus* delegatam eam esse ei- dem persuasum est de *Iudic. Aulic. & Camer. disc. 1. c. 1. §. 3.* Sed contrariam sententiam vero propinquiorem esse, o- stendunt rationes, quas congescit *Dn. Textor ad R. I. noviss. Diss. 1. & Excellentiss. Dn. Lüncker de Gravam. extrajud. p. 384. n. 15. seqq.*

\* Quam rationem etiam enixè attendunt, qui commissariis ad visitandum Cameram ordinariam Jurisdictionem tri- buunt. vid. eleganter supra laud. *Diss. de Commiss. Impe- rial. ad negotia Status. th. penult.*

## VI.

*Camera Moderator ac Iudex est Princeps Imperii,* aut certe Comite aut Barone dignitate non inferior. Prin- ceptis verò ex Ecclesiasticis sit, an secularibus, ita non refert, ut tamen hunc præferat *Conc. O. C. P. 1. t. 1. pr. conf. Gylm. P. 1. Symph. t. 3. p. 276.* In Imperio Rom Germanico natus \* *dict. Conc. t. 3. pr.* Uni ex religionibus publicis imperii legibus permixtis addictus. *d. t. §. pen.* Constituitur à Ma- jestate Cæsareâ vel Romanorum lege. *O. C. p. 1. t. 1. §. nem- lich. & t. 4. pr.* Ordinationis Assertor ac Custos est, quin imò



imò totius consilii Caput ac Director. *d. Conc. P. 1. t. 3. §. pen.* Hinc est, quod ei Supplicationes ac memorialia inscribantur. Ejus absentis vices gerunt Præsides, \*\* quorum numerus primùm binarius, postmodum in ternarium Maximil. II. tertium addente. *R. I. 1570. §. nemlich wollen.* ac tandem in quaternarium à Ferdin. III. redactus; horum Catholicæ Religionis duo, & duo August. Confess. sint. In *Judicio Aulico* Summum quidem Caput ipsa Cæsarea Majestas audit, *obristes Haupt und Richter.* Unde & supplicationes ac preces tribunali huic offerendæ ad Eum solum diriguntur. Præsides tamen hujus consilii non minus rectè Caput dicitur, sc. subordinatum. *R. H. D. t. 1. §. in solchem soll. ibi: Unser Reichs Hoff Raths Præsident als das nachgesetzte Haupt.* Unde dextre cum ratione officii cum Judice Camerae compares. Ita, ut non ad eò ad rem videatur, respexisse Non nemo, qui inter Hunc & Præsides Camerae comparisonem instituit. Nomine quidem conveniunt, re prorsus diversi. Constituitur æque ex Principum, Comitum Baronumve ordine. *d. R. H. D. tit. 1. pr.* Illiusque est recipere memorialia ac supplicationes pro decernendis processibus. *t. 3. pr. & §. 14. 17.* Vota quoque colligit, ac concludit: Paucis, totum consilium dirigit *tit. 4. §. in solchem soll. ibi: die Umfrage/den Beschluß und die ganze direction haben.* Cujus impediti partibus qui fungatur, etiam est Vice-Præsides, vel Senior ex Consiliariis, ubi tamen eos, qui in equestri ordine, *Ritter-banck/* loca occupant, cœteris, *auff der Gelahrten Banck/* anteponebat *Ord. Ind. aul. t. 1. §. Da aber solcher. ibi: der nächst und älteste vom Raths Mittel/vom Herrenstand ansehend.*

\* Indignum id sane esset Germanorum virtute, quærere aliunde Viros, quibus illi cœteris prævalent. Quæ verò Auctoritas



toritas Exteri in Judice Camerae sollicitè quaesita. *Conc. O. C. P. 1. 1. 10. §. 23. Et tit. 37. §. 5. Jung. Ord. Conf. Aul. tit. 1. Alienigenam dominum nemo lubens patitur, & placidius est parere suis. Adde quod Germaniae consuetudinum & observantiae perquam gnarus desideretur iudex, Conc. P. 1, 2. 3. pr. Sed quae de his in Extero spes. Quis non hominem patrium de justitiâ patriâ magis sollicitum credat? Et ubi linguae Germanicae statim peritiae? extra quam & latinam Imperii nostri laudandus rigor aliam tolerare nescit. *art. 44. Cap. Leop.* Sic lingua Gallica non admittitur *O. C. P. 2. 2. 31. §. nachdem auch der Französische Acten halber.* Sic quando acta Appellationis, documenta depositionis testium, &c. ex peregrinae linguae regionibus in Judicio aulico exhibendae sunt, addenda germanica versio. *R. H. D. 2. 3. §. Ferner sollen.* Quod verò in Judice Camerae hoc requisitum, illud æquè in Assessore Cam. requiri videas. *O. C. P. 1. 1. 3. §. desgleichen sollen. ibi: auß teutscher Nation geböhren.* Jungit *O. C. A. 1. pr. sollicitè, und erzogen.* Hinc & Caesarea Majestas *art. 40. Capit. suae promittit, se non tantum judiciis suis sed & aliis consiliis, Unfern geheimen Rath/ wie auch Unfern Reichs- Hoff- und Kriegs- Rath/ ac officia, ingleichen Unsere, Kaysersliche und des Reichs Aempter am Hoff/ und die wir sonst inn- oder außserhalb Teutschland zu vergeben haben/ non alios quam in Germanico solo natos praefecturū. conf. Limn. add. prior. ad L. 9. c. 4. p. 446.* Cæterum, cur indigenis potius munera quam exteris committenda? in genere examinat Eminentiſſ. Dn. Assessor Schütz. *reflex. polit. consolat. c. 4. §. 14. seqq. Jung. Besold. 2. polit. c. 3. §. 6. Bernegger de mor. German. quaest. 159. Bodin. L. 6. de Republ. c. 5.**

\* \* Praesidium appellatio recentior videtur, antea ab Assessorum classe nominibus vix distinctorum. vid. Dn. Deckher. *in not. ad O. C. P. 1. 1. 3. §. desgleichen sollen/ et. insonderheit aber die zwey Graffen. ubi in fin. ex Dn. Textore P. 2. ad R. I. refert: Illos relationes hodie non nisi volentes suscipere, nec eadem cum Assessores munera obire, & ad Judicis*  
*Camers.*



**Camer.** officium propius quam ad Assessorium accedere. jung. *Blum. Proc. cam. t. 6. § 8. & 9.* hinc rectè illorum munus vicedirectorium dici posse,

## VII.

Quos usus *Camera* Assessores, *Beysitzer* vocat, aliàs dictos *Richter* / *Urtheiler*. *Conc. O. C. P. 3. t. 19. §. 1. & t. 36. §. 13. 14.* Illos *Curia Imperatoris aulica* Consiliarios, *Reichs-Hoff-Räthe* dicit. *O. C. A. t. 1. pr. §. 1. 4. 8. & pass.* (quamvis & hi, sed rarius, Assessores appellantur. *v. d. t. 1. §. 2.*) Quos ratione muneris parum differre constat, de-  
prênsâ inter eos discrepantiâ, cùm ratione *Præsentationis*; quòd illos non tantum Imperator, sed & Status Imperii præsentent. vid. *Magnif. Strauchius exot. 13. §. 4.* hos verò solus Imperator constituat; tum ratione *religionis*, cum illic Assessores ratione duarum diversarum religionum prope pares sint, v. *Sprenger. Lucern. Imp. p. 69.* (sicubi Evangelicis reformat. religioni addictos accenseas) hîc verò omnes olim pontificiæ religionis fuerint. Hodie tamen id secus habet. *O. C. A. Ferd. III. t. 1. §. Wir wollen.* Et quamvis Evangelici Catholicis numero sint impares, votorum tamen pondere æquales sunt. vid. tamen *Instr. Pac. §. 5. n. 20. vers. visit. conf.* junct. sæpius laudatâ *Disput. de Iudicio aulico.* Numerus quoq; illorum cum his par non est, cùm Assessores *Camera* Imper. 50. promissi. *Instr. Pac. art. 5 §. 13.* junct. *R. I. 1654. §. den numerum 23.* horum verò in *O. C. A. Ferd. III. t. 1. §. und dieweil.* numerus intra 18. incluso Præsidente coarctatus sit. Add. *Textor. de Rat. Stat. p. 419.* Utcunque nec illi præstiti, \*\* nec hi intra dictum numerum substituerint. Denique licet in *Camera* æquè Assessores sint nobili sanguine nati, nec tantum graduati  
Juris,



Juris, æquè ac in Judicio aulico. v. *Conc. O. C. P. r. t. r. §. 2.*  
*§. 1. 3. §. 1.* tamen hi non dispari jure ratione sessionis cen-  
 sentur, nec Nobilitatis prærogativa tanta est: sed potius di-  
 gnitas, ordo & prærogativæ præsentantis, sessionem &  
 votum præsentato quoque tribuunt, ut loquitur sæpius  
 laudatus *Deckher*. Quod aliter obtinet in Consiliariis  
 aulicis. Ibi enim ex equestri ordine qui sunt, die *Ca-*  
*vallier* Banck sive *Kun. Banck* / præ Jureconsultis  
 sive der *Belahrten Banck* sedes occupant. *N. H. D. t. r.*  
*§. die Session.* Quin & ratione votorum hi præ-<sup>ius</sup> præro-  
 gativâ quandoque gaudent. *d. N. H. D. t. r. §. Demnach*  
*dann. ibi:* Daß in Sachen die Justiz betreffend/ mit Frag  
 der ersten Stimmen an den Belahrten / aber in Staats-  
 Land- und dergleichen Sachen/ an den andern angefangen  
 werden soll. Ubi tamen in fin. arbitrium Judicis non ex-  
 clusum vides. Ad relationes tamen hodie (secus ac olim  
*Ord. Math. c. 3. §. 3.*) æquè Nobiles ac Jurisconsulti adstrin-  
 guntur, imò etiâ antequam constituuntur, interdum exa-  
 mini subjiciuntur. *O. Ferd. III. t. r. §. alle diese 18. Personen.*  
*ibi:* Die jenige/ so vorhero in des Heil. Röm. Reichs/ Chur-  
 Fürsten und Ständen vornehmen Diensten nicht begriffen  
 gewesen / bey ihrer Annehmung an Unserm Reichs Hoff-  
 Rath/ dem examini unterworffen seyn / und einen definitivè  
 geschlossenen Process u. referiren sollen.

\* Nihil fere hi commune habent cum veteris Reipubl. Roma-  
 næ Adessoribus, de quibus integer *tit. ff. § C.* Illi enim  
 tantum Jurisperiti erant, qui in judicio assidentes jus sup-  
 peditabant Magistratibus, ac consulebant: *l. 7. l. pen. C. h. r.*  
 hinc Consiliariorum nomen indepti. *l. 5. ff. h. r. l. 3. l. 10. C.*  
*ead.* Studiosos Juris modesto quidem sed ampliori quam  
 hodie vocabulo vocat eos *l. 1. ff. h. r.* Nulla adeò apud ipsos  
 jurisdicendi potestas resedit. *l. 12. 13. C. h.* Hodie cum é-  
 jusmodi Adessoribus Magistratus consiliis suis juvantibus

C

rectè



rectè nonnullis in locis compares Syndicos civitatum. Hinc an hi iisdem cum dictis Assessoribus privilegiis gaudere debeant, quæstio est, mota *Tabori de metat. p. 264.* Scabinis judicialibus etiam hodie id nominis tribui videmus. de quibus multa ap. *Carpz. P. 3. c. 2. def. 7. & c. 3. def. 16. & 6. Resp. 12. Hart. Pistor. P. 3. quæst. 21. n. 12.* Longe illustrius est Nostorum munus, qui ipsi iurisdicendi facultate, si non ut singuli certè ut universi ex Imperatoris concessione & Statuum concessione pollent. Posses tamen, si impensè quærant, nonnulla ab illis ad Nostros commodare. v. *1. ff. de off. ass. l. ult. pr. C. eod. l. 6. §. quisquis. C. de potest. & Wisenb. ad tit. 7. de offic. Assess. collat. Ord. Cam. p. 1. r. 13. §. es sollen. ibi. des advocirens und consulirens gånghlich enthalten. nec non O. 7. A. t. 1. §. da auch jemand.* Per Advocaturam quippe laboris plenam iudicandi officio laboris plenissimo multum detrahitur. *arg. l. 14. Cod. de ass. ibi. cum abunde sufficiat vel & c. ne cum ad utrumque festinat, neutrum bene peragat.* Corruptioni etiam Iudicis liberior datur occasio. *d. l. in fin. ibi: ne affectionis sue advocacionis memor incorrupti iudicis non possit nomen perferre.* Hinc in genere Iudex, cui, male iudicasse in re, in quâ causidicus fuit, deprehenso, iuramentum purgatorium delatum est, licet illud præstet, tamen remotione dignus censetur: (Si enim delatum non præstat, tanquam confessus præter remotionem etiam infamiæ notam subit) imò etiam si bene iudicaverit, tantùm ob id quod se ingessit advocaturæ rei ad se non pertinenti, extra ordinem puniri, quin & pro ratione circumstantiarum removeri potest. Ut elegantissimè hæc deducit *Frantzke. l. 2. ref. 13.* Posse tamen Iudicem primæ Instantiæ Clienti in causâ secundæ instantiæ pro defendendâ prioris instantiæ sententiâ consilio assistere, existimat *Anton. Faber.* Accedere potest tertia ratio, quod, cum Advocatura à familiariori cum clientibus conversatione vix abstrahi possit, dignitas sane iudicis periclitari videretur. *l. 19. pr. & §. 11. ff. de offic. presid.* Unde etiam dicti Camera Imp. Assessores ad tuendam



endam suam auctoritatem partes litigantes in domum familiamve admittere, atque domesticam procuratorum conversationem ambire vetantur. *Denais. Jur. Camer. tit. assessorum munus. n. 11. § 14. Conf. Maynard. l. 1. dec. tholos. 78. § 79. Ans. Fab. C. Sab. L. 3. t. 4. def. 3. & elegantissimè ex Langlao & Mornacio. Doctiss. Dn. Deckher in not. ad O. C. t. 6. pr. verb. darzu advocirens. ubi circa fin. exempla Assessorum Cameralium subjicit, quibus post depositam consiliarii sollicitudinem, ceu loquitur l. 14. C. de ass. in fin. licebat ad munus advocatorum reverti.*

\*\* Certè, si rem inspicias, sunt reverà Judices & actu controversias cognoscunt ac decidunt. Nam quod Unus duntaxat Judicis nomine insigniatur, id secundum excellentiam accipiendum est, nec eò pertinet, ac si reliqui reapse non judicent. Jung. *Hyppol. à Lap. de Rat. Stat. t. p. 1. c. 10. p. 197. Vox etiam Judicum antiquioris ævi est, quam Assessorum. O. C. de anno 1495. t. 1. rubr. & nigr. der Cammer-Richter und die 16. Urtheiler. tr. mit Rath und Willen der Urtheiler. ac passim per tot. d. Ord. hæc tamen hodie passim receptior. Malè autem vocabulum Assessor germanicè Beyfiger translatus, monet Eminentiss. Dn. Assess. Hulderic. Eyben. de tit. nobilis. p. 96.*

\*\*\* Istum profectò numerum compleri imò vel ampliorem constitui suadet innumera causarum eò delatarum & in posterum deferendarum multitudo, & huic fortassis ex parte imputanda litium, quam vulgò exagitant, immortalitas. vid. *Monzamb. de Stat. Imp. c. 5. §. 20 p. 152. junct. Historia Pacis Westphal. p. 196.* Sed ex alterà parte remoram explendo numero objiciunt, tam arctè computatæ ac minus sufficientes Statuum collectæ, ceu illud literæ illustris Collegii Cameralis ad conventum deputatorum Francofurtensem 10. Nov. 1655. missæ testatum faciunt. *Daß der im Frieden-Schluss bestimmte und mit Erhöhung des Unterhalts commensurirte numerus Assessorum auff sich selbst bewenden müsse/ und auff diese Weise nicht möglich die Hälfte/ viel weniger die völlige Anzahl der 50.*



Assessoren zu ersetzen/ allermaßen die alten Zieler/ wann sie gleich völlig einglengen/ wie nicht/ dennoch nicht sufficient wären/der allbereit angenommenen/ neben Unsern des Cammer-Richters/ Präsidenten und anderer Officianten salarien abzustatten/ zu geschweigen/ daß damit die Hälfte oder die völlige Anzahl der Beyfiger contentirt werde. Hinc in modernis comitiis de reducendo dicto numero deliberari ferunt. Ita languescit ad promovendam justitiam erogatio.

\*\*\*\* Postquam institutâ Camerâ Imperiali, etiam nobilibus ad illam patebat aditus. vid. *O. C. 1507. tit. 1. ibi*: Sechszehen Beyfiger/ deren halb Theil von Graffen/ Herren/ oder auff wenigste von redlichen/ verständigen/ Ritter-mäßigen Personen etc. allectos esse viros illustres ad discenda Jura Civilia ex *Conringio* annotat *Notitia Böcleriana*. Magis adhuc eos allectos quis crediderit, cùm Judicium aulicum in hanc formam, quam nunc habet, redactum, eos cum prerogativâ quâdâ admitteret. v. *R. H. D. 1. S. 1. §. 1. die Session. junct. Capit. art. 40. ibi*: Reichs-Fürsten/ Grafen/ Herren/ oder sonst tapffern Herkommens. Pertinet videlicet ad Augustissimorum Tribunalium splendorem, inter eos, qui justitiæ imperii operosè litant, ostentare posse non tantùm suâ virtute fortes, sed & fortibus creatos ac bonis. Minus etiam inde his de novercante non nobilium justitiâ conqueri datur. Cæterum negandum forte non est, ipsos etiam Assessores ex sanguine nobili non natos nobilitate nihilominus tacitâ gaudere, idque duplici ex fonte, cùm ut nobilissimo præfectos officio. vid. Eminentiss. Dn. Assessor *Mauritius de Nobilitate German. th. 19. & fusiùs Schüz. de Stat. Rei Rom. Diss. 9. vol. 1. th. 4. lit. C. junct. Befold. diss. 2. de nobilit. n. 26. & Noldeno c. 5. de Nobilib.* tùm etiam ut Licentiatos ac Doctores. Si verum est, eum, cui à Principe vel Doctorum Collegio Doctoris vel Licentiatu dignitas confertur, hoc ipso plebejorum conditione exemptum nobilium sorti adscribi. cen quidem adstruit modò laudat. *Schüz. d. l.* Et quid illud? quod



quod passim in *Ord. C.* cum Nobilium Doctoremve injicitur mentio, hos illis prælatos cernas? sed fortassis ex ordine scripturæ res æstimanda non est; quamvis aliàs nec hic omninò contemnendus. Eminentiss. Dn. Assessor. *Egbertus de titul. Nobil. p. 83.*

## VIII.

Ratione personarum conveniendarum *Judicio Aulico* cum *Camerali* in plerisque convenire putem. *Conc. O. C. p. 2. t. 7. Paurm. l. 2. c. 5. n. 29. conf. Gerhard. de Judic. Cam. & Aulic.* \* Personæ tamen Camerales *Judicio Camerali* subjiciuntur, \*\* quales sunt non tantum jurati Camerales cum totâ familiâ, sed etiam Præceos Studiosi, (*Practitanten* / quod vocabulum vulgò in malo sensu capitur) vid. *Myns. 2. obs. 52. n. 2.* cum distinctione tamen actionum. Eatenus enim tantum hîc eos actio ferit, quatenus apud *Cameram* degentes vel contraxerunt, vel deliquerunt, aut etiam res, de quâ quæritur, ibi sita est, ceteroquin jus revocandi domum habituros. *Id. d. l. n. 3.* Et dicto modo etiam conveniuntur in *judicio aulico* Legati, \*\*\* aliive qui negotiorum suorum causa ibi subsistunt. vid. *Knipschild. de priv. Civit. Imp. l. 2. c. 33. n. 22.* Illud nolo præterire, posse etiam à partibus litigantibus in illustria hæc collegia \*\*\*\* compromitti; quod licet de *Jure Civili* secus sit, quippe quod in *judicem* aut *Magistratum*, ad cujus jurisdictionem controversia, de quâ compromittitur, pertinet, vetat compromitti. *l. 9. §. 2. ff. de recept. qui arbitr. recep.* *Jure tn. Canonico* id mutatum est per *c. 5. 7. & 10. x. de arbitr.* Add. *Klock. tom. 1. conf. 30. n. 19.* Moribus hodiernis etiam illa frequentia esse multorum *judiciorum* observantia testatur. vid. *Mev. P. 1. dec. 98.* quomodo autem



& quatenus compromissa in Cameram fieri possint, certis limitibus circumscribitur in *R. 1. 1594. §. als auch der Compromissen halber. ibi. daß nicht alle compromissa an unserm Cammer-Gerichte zugelassen / sondern allein diejenigen / so sich zwischen den Ständen die dem Reich immediate unterwerffen / und vermög der Reichs-Ordnung die Aufträge haben / dann auch den Personen / welche ihrer Eigenschafft nach in erster instanz ans Cammer-Gerichte gehören / 2c. Roding. Pand. Cam. lib. 1. t. 4. v. 23. Denais. Jur. Cam. verb. compromissum n. 1. 3. & 5. junct. Klock. Relat. Cam. 138. n. 2. & in fin.*

\* Sed nunquid Judicii Aulici Senatus idem quod Camera observare obstrictus erit quoad Austregas, ita ut causas eo pertinentes non recipiat? An verò ejus jurisdictio per Austregarum privilegia non æquè coarctabitur? Negabit obstrictum *Paurmeister. l. 2. c. 4. §. 133. cui contradicunt, quæ leguntur apud Limn. Reinck. atque Schüz. atque ita olim quidem disceptari poterat. Hodie res instr. pac. art. 5. §. 20. vers. visit. conf. junct. O. C. Art. 2. §. Wir befehlen auch hie mit 1. decisa dubio carere videtur.*

\*\* Et cum expressè non tantum *O. C.* sed etiam *X. X. 1654. §. hingegen aber 41. ibi. in seine Wege provisum sit*, ne alià jurisdictione prægraventur, certum est solum Judicium Camerale excluso Aulico, quod cæteroquin in concurrentiâ fundatam habet intentionem, horum esse forum competens. Quorsum accedit natura fori contractus, delicti ac rei sitæ. Idemque vice versà de his, qui in Aulâ Cæsareâ commorantur, verum est, si legis rationem sequamur. Singulare tamen habetur in *Conc. P. 3. t. pen. §. 14.*

\*\*\* *Conf. Brunnem. P. 5. dec. 61. & ad l. 2. §. 4. ff. de judic. Non quod ibi domicilium habeant, ubi legationis causâ commorantur. Carpz. 6. Resp. 3. Menoch. l. 6. Pras. 6. 86. n. 28. seq. Cæterum in actionibus ante legationem, quæ sitis jus revocandi domum iisdem tribuit l. 2. §. 3. seq. de judic. & ad*

cam



eam *Barbosa*. junct. Incomparabili Jur. Gent. Doctore *Jo*  
*7. B. & P. p. 2. c. 18. n. 8. & 9.*

\*\*\*\* Uni aut pluribus de Collegio ut singulis arbitria de-  
 ferri vetat lex, quæ judices hos ab alienis negotiis, quam  
 quibus munus judicandi publicum eos destinavit, longè  
 remotos vult, vid. *O. C. P. 1. 2. 6. pr.* allein dem Cammer-Ge-  
 richt anzuwarten / und sich sonst aller Geschäfte gänglich  
 enthalten. junct. *2. 1. §. 16.* der Geschäften / so sonst ihnen an  
 ihrem Ampt ver hinderlich seyn möchte / enthalten. Exem-  
 plum petiti à Camerâ sed recusati arbitrii in causa der  
*Wölffischen* contra *Wömpelgardt* adducit *Deckher in not.*  
*ad O. C. P. 1. 2. 6. pr.* Sic ex Licentia consulendi iis denegan-  
 da foret. *O. C. P. 1. 2. 3. §.* es sollen. ibi. des consulirens  
 gänglich enthalten. nisi id absolutè intellectum falsum esse  
 doceant *Mynsingeri, Merckelbachii, Michaelis & aliorum,*  
 quæ publicè prostant, consilia.

## IX.

Ratione Causarum in Judicia hæc deductarum o-  
 mne punctum ferre videtur exagitata olim, nunc minus  
 ambigua quæstio. An *Judicium Aulicum* concurrat cum  
*Judicio Camerali*, seu mavis, an iisdem in causis, quibus  
*Camerali*, *Aulicum* etiam judicet, ita, ut Actoris electio sit,  
 an hîc an illîc contra reum experiri velit? Quod *Autor Do-*  
*nauvertensis Inform.* operosè negavit. Sed Affirmativa  
 omninò tuenda, quam etiam fateri cogitur indignabun-  
 dus ac frendens *Hypp. à Lap. P. 2. c. 7. sect. 5.* Nec excipimus  
 causas pacis religioſæ, postquam nimirum sublata quo-  
 dammodo videtur Protestantibus conquerendi materia,  
 ac si propter Assessores Catholicos, ipsi justitiam metuant  
 minus faventem. vid. *R. H. D. 1. 1. §.* Wir wollen auch.  
 Vice versâ verò *Camerali* dicasterium non in omnibus  
 causis cum *Aulico* concurrat. Sic in causis Criminali-  
 bus



bus \* personarum immediatè Imperio subjectarum Camera non cognoscit. Imperatoris enim ad Majestatem pertinet, de summis illis capitibus judicare. Quoad personas tamen Camerales vid. *Roding. Pand. C. L. i. t. 4. in not. ad §. 28.* Nec de causis ad Feuda Regalia spectantibus, so einem Theil gänglich und endlich abgesprochen werden sollen. \*\* *O. C. P. 2. t. 7. §. ob Sachen fürsien.* adde his controversias Italicas, confirmationes privilegiorum, cognitionem de præcedentiâ ac sessione Statuum controversâ, quin & de novis teloniis, si Elector aliquis actor aut reus sit. *Cap. Mathie. art. 23. & Leopold. art. 24.* utut monita Statuum communia huic posteriori contradixerint. Daß in Zoll-Sachen dem Cammer-Gericht die concurrentia jurisdictionis nicht zu entziehen/ re. In his igitur, & si quæ sunt aliæ, quas sibi reservatas voluit Cæsarea Majestas, vid. *Stamler. de reserv. §. 38. & multis seqq.* nullus admittitur concursus. Causas Spirituales & Ecclesiasticas neutrum horum judiciorum recipit: planè si de possessione earum vel quasi agatur, aut de facto incidat quæstio, secus habendum. An autem omnimodò etiam Matrimoniales Causæ ab his judiciis arcebuntur? Certè sunt, qui ratione Statuum Evangelicorum in rebus Matrimonialibus v. c. si de vinculo inter conjuges solvendo agatur, Judicium Aulicum pro competenti foro \*\*\* agnoscant.

\* In peinlichen Sachen die Leib-Straff auff ihnen tragen. Secus atque vox Criminalis LL. Justinianeis vulgò accipitur. vid. *Gail. l. O. 65. n. 5.*

\*\* Sed difficultate adhuc illa quæstio involvitur, multas quippe distinctiones admittens, de quibus passim, qui de rebus Cameralibus commentantur, & præ cæteris uberius se exhibens *Blum. t. 41. n. 2. & multis seqq.*

\*\*\* Hæcque sententia Defensorem, habet Magnif. Virum  
Du. Textor-



*Dn. Textorem*, Professore Academ. Heidelb. celeberrimum, in *D. ad R. I. disp. 1. th. 74. & seqq.* Et quamvis illa suo constet fundamento, eidem tamen maxima J.ctorum pars *Reinking, Limneus, Blumius, Mylerus* contradicunt. Et fortasse 1. difficile res effectum habitura est. Quorsum E. causa illa tandem agenda? An credendum posse Imperatorem Commissarius cuiusdam familiae illustris Augustan. Confessi, addictæ causarum ad petitionem, quod ipse suspectus sit, committere? Ita decidit ab *Ehrenbach de Princ. & Stat. Imp. c. 20. n. 20.* Nunquid verò Austregas iudices constituemus? Dubius est *Schüz. in Vol. 2. de R. R. St. d. 3. th 13.* Ita tamen sibi persuasum habent plures *Zigler. Comm. concl. §. austrega concl. 2. n. 1. & seqq. Mevius ad Jus Lub. l. 1. t. 4. n. 48. quin & Limn. L. 4. Jur. Publ. c. 8. n. 96.* Num rectius in Arbitros compromittitur? ceu *Schubard. de Austreg. concl. §. n. 6.* existimat. cui obest cap. pen. x. de rest. in integr. Sed via facti an tuta? cum ubi iudicis copia deficit, illam concedant J. G. & C. Doctores. v. l. un. C. ne quis in sua caus. ibiq. DD. junct. *Grot. de J. B. & P.* Quid si Consiliarios rei conveniendi iudices suadeamus? vid. *Schüz. de St. R. R. loc. sup. alleg.* Suadere certè licet, sed quid si pars altera non consentiat, quis imperabit. Itaque cum omnibus hisce sententiis quid reperi videam, malo in re difficillimâ & quæ communiter decisione Imperatoriâ egere creditur, subsistere.

## X.

Quoad Præventionem inter *Cameram & Aulam Cesaream* ita jus est, ut ea inducatur à parte rei per citationem ei legitimè insinuatam unâ cum oblatione libelli, *R. H. D. 1. 2. §. so wollen wir. junct. Zang. de Exc. p. 2. c. 13. n. 10. & R. A. 1654. §. diesem nächst. 28.* Actoris respectu verò ubi citationem decretam cognovit, ita, ut post illam notitiam actori forum variare non liceat. *Blum. Proc. Cam.*

D

t. 25.



1.25. § 33. Per nudam igitur causæ delegationem Imperator Cameram prævenisse censendus non est. *Myns. 3. obs. 46. Gylm. voc. Præventio. §. numerabitur.*

## XI.

Etiam quædam se exerit ratione Locī. Quippe nonnū variatâ sede ultimam tandem Spiræ nacta est anno 1527. camq; hodie fixam ac perpetuam, ita ut inde non nisi ex urgentissimâ causâ Imperatoris & Statuum consensu concurrente aliorū transferri queat. *R. A. 1530. §. 84. darzu meinen.* Quid tamen si belli pestisve violentia turō tribunal illud Spiræ consistere vetet, vid. *Conc. O. C. P. 2. t. 36. §. 1. 2. & 3. pen. & ult. Limn. L. 9. iur. publ. c. 2. n. 8. Denais. iur. Cam. verb. Camera sedes. Consilium Aulicum* Imperatoris aulam plerumque sequitur. *R. H. D. t. 1. §. alle diese.* id tamen ex libero Imperatoris arbitrio pendet, & constat, etiam sæpius illud profecto Imperatore Viennæ perstitisse. Atque hinc omnes litationes ex hoc iudicio ad aulam Imperatoris fiunt, nec locus, in quocunque etiam tandem consistat, apponi consuevit. Secus in Citatione Camerali, in quâ, sicuti ceteroquin aliis etiam tribunalibus id solenne est, iudicii locus denominatur.

## XII.

Ratione Processus quomodo discrepent, non attinet hic complura inferere. Sufficiat impræsentiarum tradidisse generalem hanc regulam: In dubio inter Processum Iudicii Aulici & Cameralis non est statuenda differentia. Ipsa quippe *Ordinatio Ferdinandi III.* id disertè vult



e. 2. §. so wollen wir. verb. so viel möglich desselben unsers  
Käyserl. Cammer-Gerichts-Ordnungen/ und in allen Sa-  
chen gewöhnlichen Process-Termin und solennitäten\* ge-  
brauchen und observiren / & in seq. wie sie im Käyserlichen  
Cammer-Gerichte eingeführet und verbessert werden mögte/  
in substantialibus processibus nicht abweichien. Ergo etiam  
Ordinatio quodocunque correcta Senatoribus Aulicis  
erit observanda. Jung. dict. Instr. Pac. art. 5. §. 20. conf.  
Gylm. Symph. tom. 3. verb. Camera. vers. in summo. & Rein-  
king. L. 2. cl. 2. c. 14. n. 29. & seqq. Textor D. 1. ad Rec. Imp.  
nov. th. 54. Ratione sanè audientiarum manifesta est dis-  
conventia. de quibus vid. *Rer. Camer. Commentatores*. De  
his quippe nihil novit consilium aulicum, cū nulli Ora-  
les processus hīc frequententur. De publicatione senten-  
tiarum idem dicendum, nam nec hāc in Judicio Aulico  
recepta, ceu eam in Camerā usitatam esse cuiusvis facile  
constat; quin, sicubi sententia in Senatu Consilii Aulici  
concepta est, per Secretarium notificari partibus assolet,  
id quod sit rubricas causarum, in quibus Senatus senten-  
tias tulit, in schedā annotatas mulo suo affigendo, unde  
qui desiderant quorumve interest, se informant. Plures  
de Processu differentias habes apud *Gerhard. tos. disc. 2.*  
§. 3. c. 1. 2. & 3.

\* Inutilibus tamen solennibus Imperator, se adstrictum non  
vult d. l. junct. *Lampad. P. 3. c. 16. & Knipschild. L. 2. c. 33.*  
§. 35. de *Jur. Civit. Imperial.* Quamvis verò ob ambages &  
difficultates processus, Tribunali Wismariensi Cameræ  
Imperiali observatas solennitates non benè convenire pu-  
tārint ejusdem Assessores ap. *Mevium P. 1. dec. 205.* tamen  
nec illa nimis festina in Judicio Aulico procedendi ratio  
omnibus placuit. Et hinc post monita ac querelas Statu-  
um ad exæquationem processus horum judiciorum modo  
supra dicto devenit est.



In Executione rei judicatæ maximus Judiciorum recumbit vigor, quâ deficiente illa fierent elatoria. De quâ ita hodie in *Camera* mos est, ut sententiæ definitivæ statim formula quædam executorialis annectatur, quam habet *Blumius*, *Proc. Cam. tit. de Exec. rei jud.* quâ terminus præstandæ docendæque partitionis sub certâ poenæ comminatione assignatur, vid. *R. I. 1654. §. Damit auch*. Hanc sicubi effectus destituitur, insequuntur arctiores executoriales quibus non parens in bannum \* declaratur. *Cont. Ord. P. 3. t. 57. §. 5.* vel etiam mandatum de exequendo decernitur ad Directorem circuli, den *Eraiß/ausschreibenden Fürsten* sicubi de immediato agatur; sin mediatius sit reus, ad Magistratum loci. *R. A. 1654. §. In welchem Termin. 160.* In Causis etiam Appellationum solet mandatum executoriali (quod adeoque differt à mandato de exequendo) ad Judicem à quo decerni, eique executio realis intra certum tempus facienda injungitur; Sed de his latius Processuum Scriptores. Ad eundem prope modum obtinet in *Curiâ Imperiali*. \*\* vid. *Disp. de iud. Aul. th. pen.* Liberio-rem tamen Cæsaris esse rerum à se judicatarum executionem quam *Camera*, docet *Paurmeister. l. 2. c. 5. n. 47.* add. *Denais. Jur. Cam. t. 50. n. 20.*

\* Et hæc die *Achts. Erklärung* extremi remedi loci ab antiquo est. Sed maximi sane momenti. Cum enim in Franciâ nunquam Principes eorumque filios mortis violentæ poenâ affici referat *Limn. l. 2. not. regn. Franc. c. 21. lit. nn.* Quid dicemus de liberrimis Germaniæ Principibus, si corpus & bona eorum omnibus prædæ futura sint. vid. *Denais. Jur. Cam. verb. banni effectus. §. 1. 3. & 5.* Hinc Status Evangelici neminem in bannum declarandum, in monitis suis ad *Capit. Leopold. art. 28.* censuere. Es sey dann

daß



daß auff allgemeine Reichs-Versammlung gehört. quin & daß die Execution anders nicht als nach Inhalte der Executions-Ordnung durch die Crayße / darinnen solcher Stand geseßen und angehörig / fürgenommen und vollstreckt werden solle. Quâ ratione Augustissimus Leopoldus d. art. 28. promisit se processum banni rectè instituturum, & ne quidem in re notoriâ sententiam sine Electorum adhibitione, & eorū quidē, quorum hîc non interfit, pronunciaturum esse. Sed nunquid & Camera consensum Electorum adhibere obstricta erit? Putem cum *Limneo* negativam magis veram, quamvis *Schüz. vol. 2. d. 4. th. 17.* asserat; quorsum & vergit *Roding. π. Cam. l. 1. t. 7. §. 3. p. 76.* jung. dictis *Blum. chyl. sentent. Camer. 622. inter sententias 17. Febr. 1660. in Camerâ publicatas.*

\*\*\* Illud tamen diversum videbatur, quod in Aula Cæsaris adhuc sanctius quoddam consistorium sit, ubi causæ, si ad executionem res devenit, proponuntur ac Status rationes pensitantur, quæ si suadeant, talem sententiam hoc cerum Statu pronunciandam saluti Imperii officere, sententiæ vigor suspenditur. ceu factum esse in causâ Braunschweig contra Braunschweig / das Fürstenthum Grubenhagen betreffend / Item Baden contra Baden refert *Reinking.* Hodie quidem Majestas Cæsarea promisit, Sie wollen nicht verstaten / daß dem Reichs-Hoff-Rath durch den geheimen Rath Eingriff geschehe. art. 42. Cap. Leopold. Verum iste articulus fortean non ita rigidam interpretationem recipit, quin salus Reipubl. hîc adhuc suprema lex sit. Et non incommoda videtur esse distinctio, quæ rationem Status Imperatoris à ratione Status Imperii secernit, ita, ut hanc, si Imperii ratio efflagitet, adhuc ab Imperatore attendi posse, quis fortè non temere asseverarit. add. *Hugo de Stat. Reg. Germ. c. ult. §. fin.*

#### XIV.

Ab Effectu Judiciorum non aliena etiam quæstio est, quam format *Böcler. not. Imp. tit. de Legibus.* An Præjudicia



dicia *Cameralia* (adde, *Aulica*) in Imperio pro lege haberi debeant? Et quāvis rerum retrò judicatarū magna sit autoritas, ut ab eā vix in foro recedere tutum sit. *l. 37. & 38. de L.L. l. 2. §. 24.* & ad eam *Mornacius. Sand. pref. decis. Fris.* Quia tamen captiosum ac lubricum est ex præjudiciis jus extruere, cū illud ex facto oriatur, cujus unica circumstantia sicuti casum, ita etiam jus variat. Vid. *Gylm. t. 2. P. 2. Symph. p. 118. n. 3. & 4.* Res etiam inter alios judicata aliis præjudicare non debeat, vix est, ut illis vis legis in Imperio universalis attribui possit. Conf. *Blum. Proc. Cam. p. 10. junct. Christin. vol. 2. dec. 51. n. 5. & seqq.*

## XV.

De recusatione horum Judiciorum elegans est tractatio. Sane quoad *Judicium Camerale* quæstio superiori seculo magnis motibus agitata est. Ubi à Protestantibus considerabatur, an Camera ut integrum Collegium, an partes tantū Collegium integrantes recusari possint, an in causis tantū religionem concernentibus, quippe de quibus primò controversia orta, an percussio fœdere etiam profanis, an remedium Syndicatus contra sententias jam latas in omnibus causis satis tutum esset? ceu elegantissimè hæc leguntur ap. *Strauchium Exerc. Exot. 13. an. 6. ad fin.* junct. *Gylmanno voc. Exceptiones. §. Quot & quibus.* & quoad historiam *Sleidano l. 10. de stat. relig.* Quoad *Judicium Aulicum* nota est controversia de Concurrentiâ cum Camera generatim, & speciatim in causis pacis religiosæ negatâ apud *Autorem Inform. Donavv. Cran. de pac. relig. p. 3. probl. 1.* junct. *Springer. de pac. relig. c. 14. p. 147. Gotofr. Suevo prop. 12. th. 6. quin & Stamlero de reserv. §. 36. ubi in n. 4. Exceptiones, inquit, quæ tempore jam Rudolphi Judi-*



cio Imperatoris Aulico objectæ sunt,, non tam ipsum iudicium, quàm personas judicantes & modum procedendi oppugnasse.

XVI.

Congruus hîc esset locus discurrendi de remediis contra sententias cum *Camerales*, tum *Aulicas*, ceu illis quidem remedium revisionis actorum, hîc verò remediû supplicationis obtinere, palam est. Sed vid. *Dn. Mauris. de Ind. Aul. th. 25.*

Lubet finire nostras assertiones in quæstione. Quando cessent duo hæc iudicia. De Revocatione non dico, sed de Morte Imperatoris communiter movetur quæstio. Quoad *Cameralementum*, negatur illud morte Imperatoris expirare aut suspendi, prolixo discursu ap *Besold. th. pr. voc. Cammer. Gericht.* junct. *Roding. in Pand. Cam.* Aliiter res habet quoad *Iudicium Aulicum*. Vid. *Disp. de Iudic. Aul.* junct. tamen *Textore ad R. I. N. D. I. th. 52.* ubi subijcit: Præsides & Consiliarios Aulicos sua officia unâ cum honoris prærogativâ retinere etiam post obitum Cæsaris, neque novo Imperatore electo de novo esse recipiendos, præterquam quod, ut alii etiam Magistratus, ac publici regiminis personæ Cæsari novo consueto iurejurando devinciantur.

TANTUM.

Superpondium, ex Jure quâ Privato  
quâ Publico desumptum.

EX JURE PRIVATO.

1. *Juramentum, quo quis pradoni facta spoliationis silentium promissit, an obligatorium sit, ancipitis est quæstionis? Nos obligatorium*



- torium esse tuebimur. Planè, si juratus à Magistratu suo, cui ex  
rumore de re illà innotuit, de factò fuerit quesitus secus habendū.
2. An rectè moribus hodiernis Procuratoribus in alterius animam  
jurare permissum sit, cum sit altioris examinis, de eo in conflictu  
videbimus. Interim simpliciter illud improbandum, si juramen-  
ti ejusmodi natura rectè percipiatur, non putamus; Utrunque  
Judices tutius conscientis partium consulant, qui curant, ut jura-  
menta ab ipsis presentibus, quibus imposita sunt, in propria per-  
sonà presententur.
  3. Severitas Edicti de Naut. Caup. Stabul. ut recepta cum levissima  
etiam culpa prastatione restituant, exporrigi ad Aurigas (quam-  
vis & hisapè eadem, quà ignobilis ista triga, malitia suspitione  
graventur) natura odiosorum non patitur; frustra ad dissen-  
sum vergente Richtero p. 3. dec. 141. n. 16.
  4. Si ex iis, in quos à partibus compromissum est, unus in XV, alter  
in X, tertius in V. reum auctori condemnandum arbitrati sint, va-  
let sententia in V. Si verò Duo arbitri in X, unus verò in V.  
sententias dixerint, reus in X condemnandus. Utut dissentias  
Ant. Faber.

### EX JURE PUBLICO.

1. Nunquid etiam Principes Imperii easdem solennitates, quibus  
Ius Justinianicum posteritati suæ prospecturum sollicitè alligat,  
observare teneantur? questio est ambigua apud Iuris publ. Con-  
sultos decisionis. Et quanquam Besold. in Conf. suis, quem &  
alii secuti sunt, negativam propugnet, nos tamen illi diffidimus,  
affirmantem sententiam & tutiorem & veriore judicantes.
2. Non possumus cum iis sentire, qui Augustam habere Majesta-  
tem, ac propterea Crimen ejusd. lase proprie in Eam committi, sibi  
persuadent.
3. In Electoribus tamen Crimen lase Majestatis committi, qui cre-  
diderit, absurdus non fuerit.
4. Et si, Monarcham temporarium naturam Majestatis non admit-  
tere, visum fuerit nonnullis; nihil tamen hic esse repugnantie  
persuasi nos quidem sumus, adeoque nihil officere existimamus,  
quo minus populus ab initio Imperaturo sibi certum possit prafi-  
gere sui regiminis tempus, quo elapso in privati sortē redigatur.

E I N I S.





# Brunnerus Pegasus Juris.

ΠΗΓΗ.

**F**onte Caballino, quo gens tua proluit ora,  
Sat quoque libasti pocula plena diu.  
Pegasus es, sed non de Gorgone matre; Se-  
natûs

Sed qui consulto nominâ ferre\* dedit.

\*Pegasianum Scitum, COSS.

Pegaso & Pusione. Sed quia.


Inst. de fideicom. hered. / Cuius

& Praefectus Praetorio, Im-

perante Vespasiano.

Ita gratulatur Dn.  
Candidato

## J. Strauchius, Pro Cancellar.



**Q**uas solet in Camera summa, BRUNNERE, vel, Aula  
Caesarea, causas expediisse Forum;  
Juridico tentas calamo describere chartâ,  
Ingeniû ostendis fertilioris opes.  
Par studium tractas, vestigia prævia Patris  
Prêndere, Præclari Clara Propago Viri.  
Scita Tua, Oceani Juris de fontibus hausta  
Flumina, de Cathedra limpidiora fluunt.

E


Char.



Charta quidem Themidis nexus ex ordine ponit,  
 Scit mens oppositas explicuisse plicas.  
 Auspiciis fiant sacris conamina, Gentis  
 Cedant in laudes Nominis atque decus !  
 Sic Tibi, sic gressus ad majus sternit honoris  
 Culmen, virtutis cum probitate, Comes.

*Paucis hisce metris gratulari voluit Cla-  
 rissimo DN. CANDIDATO,  
 Amico suo honorande,*

JOH: NICOLAUS MISLERUS,  
 D. & Prof. Theol. Primar.



**M**Ajores jactare suos non sufficit, Una  
 Nobilitat Virtus propria quemque sua.  
 Hinc BRUNNERE Tibi sub duplici nomine grator,  
 Qui virtute *Patrum* Clarus es atque Tuâ:  
 Sed Tua Te virtus ad honoris nobile Templum  
 Nunc ducit, summo condecoratque Gradu.  
 Maeste bonis avibus patrios invise penates,  
 Et sis in patria dulcis imago *Patris*.

*Ex intimo affectu erga Nobiliss. Dn. Do-  
 ctorandum, JOH. SAM. Brun-  
 ner | domesticum suum amicissi-  
 mum, cum omnigena prosperi-  
 tatis voto, apponeb.*

ANT. HENR. MOLLENBECIUS,  
 D. & Prof. Codicis Publ.

Nunc



Nunc ergò Tuus perstringit oculos  
 Ingenii fulgor,  
 Quantūq; merearis tanto doctrinæ merito,  
 AMOR FAVORQUE SUAVISSIME,  
 Cœtui ostendis nostro:  
 Palmam nempe laboris exposcis testem,  
 Et virtutis præmium Lauream ambis,  
 Ut  
 Quanto olim labore  
 Quantoque laboris fervore laboraveris,  
 Quæ vis ingenii,  
 Quæ virium fiducia,  
 Quæ probitatis gloria  
 In Te lateat, lateat neminem;  
 Sicque  
 Cum oneratus hæctenus  
 Nunc ornatus existas:  
 Ea nãq; Tibi fuit scientiæ sollicitudo solidæ,  
 Ut sublimis animi indiciô  
 Tantarum molestiarum laborumque se-  
 getem sustinendo  
 Nisi in ipso labore quietem inveneris,



Nulla tempore quieveris,  
Adeoque cum otiosus, negotiosus fueris.

Scilicet id curæ erat,

Ut

Familiæ PATRISQUE MAGNI cele-  
britate felix

Propriâ fieres gloriâ felicior:

Et nunc ergo porrigis inclytæ famæ facem,  
Dum

PATRIS ingenium,

PATRUORUM gloriam,

AVORUM virtutem,

Illustrisq; BRUNNERI Nominis celebri-  
tatem,

In Te uno reviviscere cernimus:

Et quid aliud agis,

Dum gloriæ illa Theatra

AULAM CÆSAREAM, CAMERAM-  
que nondum ingressus,

Ad Illustriores AULÆ CAMERÆQUE gradus  
quasi jamdudum progressus,

De Utrâque

Ingenti iudicio non sine gloriâ iudicas,

Quam



quam ut

Alterutri&præesse&prodesse te olim posse  
Dignus judiceris?

Nimirum

Summa confers quæ conferri non possunt

GERMANIÆ JUDICIA,

Hoc ipso summum in te monstrans judiciū

Cum aliis conferri nescium:

Hoc namque ingenii Tui ingenium est,

Et generosi fervoris generosa indoles,

Ut sibi non acquiescat,

Sed quanta sit

Non nisi in summis ostendat:

Quid ergò de Te non sperent literæ?

Scilicet,

Ipse eruditionis virtutisque gloria

In Te gloriam quærit,

Et quantum Tibi debeat

quantum debitura olim sit

Jam videt:

Lauream parat, quam ingenii vis peperit,

Hancque accipis

Non ut orneris sed ut ornes.

Tuo



QK 114 3450

38

Tuo verò dulcis ignosce AMOR,  
Qui  
Merita pro merito Tua efferre nō meretur,  
Veretur enim,  
Ne dum exprimit ea supprimat,  
Et  
Tui dum attollit ingenii copiam  
Sui prodat inopiam.  
VIVE  
Familiæ Patriæq; Novum Ornamentum!  
Et  
Ut Lauream Lauream progerminet,  
Nec Nomini Tuo lucem  
Nec ex honore Tuo Tuis lætitiā  
Invide.

*Contubernali suo Suavissimo ita  
ominabatur ex merito*

BERNH. LUDOV. MOLLENBEC.

FINIS.

107





